



F.Y.

Ye  
5309

AD  
 ORATIONEM SOLEMNEM  
 IN  
 MEMORIAM  
 VIRI  
 PRÆCLARISSIMI ATQUE DOCTISSIMI  
**GODOFREDI**  
**HOFMANNI**  
 RECTORIS  
 DE GYMNASIO ZITTAUIENSI  
 QUONDAM MERITISSIMI  
 FUTURO DIE MARTIS  
 PUBLICE A SE HABENDAM

HUMANISSIME INITIAT

**M. CAROLUS HENRICUS SINTENIS**

*Gymnasii Zittauiensis Director Ienensis Societatis  
 Latinae Sodalis.*

---

ZITTAUIÆ TYPIS GOTTLIB BENI. FRANKII.



De Nova Gymnasi Zittauensis Constitutione.

Tabula I.

**I**ntime letitiae sensi perfusus, nomen nuper contractum dispingo, neque ullum, quod unquam in lucem adspectumque edidi, scriptum, ad res scholasticas pertinentes, maiori animi voluptate, maiorique assensu fiducia, publica explorationi subieci, quam quod in praesentia de noua Gymnasi nostri Constitutione emitendum curau. Quoad longissime enim mens mea, historiz monumentis, locupletissimumque teatum suffragio suffulta, respicere potest precedentis temporis spatum, Zittauaque mea felicitatem perpendere ultimam, animo quam maxime exhilarato integerrimoque candore unicuique largior, Gymnasi nostri statum tam florentem tamque celebrem fuisse, ut illis Mufarum fedibus annumerari meretur, que et ad fucipendam, et ad ingrediam humanitatis studiorum rationeem accommodatissem effent. Fertilissima semper mater fuit Virorum, et eruditione, et gloria maxime conspicuorum, qui de republica, tam sacra, quam civili, optime mererentur, et omnes sere, qui, ad summos Civitatis nostrae honores uecti, praesentis adhuc estate munieribus funguntur publicis, quique tam doctrina, quam meritis iam dudum inclarerunt, leto adhuc animo bone huius matris, cuius ex gremio prodierunt, memores sunt. Sed quid est, quod uehementius me cruciet, quam, quod scholarum etiam, ut omnium omnino institutorum humanorum, condito, mutationi corruptionisque sit obnoxia? Splendor, qui pristinis temporibus Gymnasio Zittauensi affulgerat, nubibus quibusdam obductus, sensim sensimque evanuerat, cum prouida Summi Numinis cura fata mea scholastica ita dirigeret, ut Zittauiam me euocaret. Non solum discendentium numerus, quo tamen nunguam scholarum gloria sapientioribus per se metienda videtur, valde erat deminutus, sed etiam lectionum atque disciplina Scholastica tanta irreprefrat commutatio, ut, antiqua Gymnasi constitutione cum recentiori si compararetur, vix quedam veteris floris conciperentur reliquia. Equadem nemini quid unquam detrahō, neque ullius rei culpam in quemquam confero, Deo committens omnia, et saufissima queuis a renouata rei scholastica emendatione sperans, dicendum tamen quod res est! **MAGNIFICUS** igitur **SENATUS**, cuius in Gymnasium Patrocinium tam eximium, tamque luculens est, ut vix sati estimari, nedum verbis exprimi posse, **pro Sapientia** sua lugebat schola quondam secundum statum, mihiique declarabat, simul ac praesens manus m.hi demandarat, se nihil ardentes in optatis habere, nisi hoc, ut pristina Gymnasi dignitas atque salus, quantum praesens etas, eiusque in emendandis ubique locorum scholis studium atque fervor finat, restituatur, et quid incundus, quid exoptatus, quidque animo meo scholastico augendo conuenientius audire potusem, quam eandem paterni favoris significacionem? Quidquid igitur pro mea qualcumque rerum scholasticarum intelligentia vere iuentutis instituenda felicitati inferniens videbatur, id omne fraudendum censui, **Dacifissimumque Collegarum auxilio amicissimo adiutus, non solum leges, obliuioni ingrata traditas, earumque auctoritatem restitui, sed etiam nouum lectionum indicem MAGNIFICO SENATUI confi mandum proposui, cui contingit, ut honorifico *Eius* assensu in plurimis dignus iudicaretur. Qui scholarum publicarum peritiam *ipso usi* sibi conciliarunt, iis mecum conueniet, multo facilius reperi negotium, quod in schola recens fundatae atque apertae gloria amplificanda, quam, quod in colla/sae celebritate reuocanda, cernatur, plurimumque annorum, nentiquam unius, labores aspidos prius requiri, quam euentus speratus optatis respondere possit. In praesentia noua quasi fundamenta erant iacienda, quibus iactis, ad altiora sequentibus temporibus escendere licet. Antequam vero ad ipsam nouae Gymnosi nostri Constitutionis descriptionem progredi, nonnulla mihi presele enda videntur, ad que, in illa fraudenda, mihi respiciendum erat, queque eiusmodi sunt, ut, ad illam aequo animo iudicandam, haud parum conducere existimem.**

Mihī persuasissimum est, ea tantum, qua *omnibus omnino iuuenibus*, nulla  
spuri vita generis ratione habita, inferuant, publicis in lectionibus esse tractanda,  
omniā illa, que hūc itemque alteri vitæ conditioni, eique soli, utilia censeri  
mereantur, priuatissimis, qui vocentur, laboribus esse annumeranda. Publicis enim  
scholis ut *omnes in uniuersum iuuenes intersint*, postulant leges scholastice, nemini  
illorum licet, his lectionibus, venia non concessa, se subducere, quid? quod ipsum,  
quod spectant, propositum, nisi his subsidii utuntur, exequi non possunt discipuli. Quid  
vero commodi, cum temporis parimoniam atque auraria semper comparandi, ex eius-  
modi rebus redundant in *omnes iuuenes*, qua nonnullis tantum scitu atque cognitu sunt  
necessarie? nonne ipsi legibus prudentia est succurrentum? deinde hoc insidet, et  
perpetuo infidebit in animo meo, non *soli disciplinis*, earumque cognitione, iuuenes in  
Gymnasio esse imbuendos, sed linguarum etiam antiquitatis studium, idque præcipue,  
esse urgendum. Illarum intelligentia consilio scholastico tunc temporis iam apta et ac-  
commodata est, si accurata vita academicæ, que amplioris copiosiorisque scientiæ alto-  
rum doctrinarum occasionem præbet, vocari potest meditatio, harum vero cultura solis  
continetur scholarum angustiis, et quamvis in Academia via ad linguarum antiquarum  
familiaritatē non intercludatur, tamen familiaritatē ut præcesserit frequens consuetudo,  
neccesse est, et *disciplinis tempus* in Academia subtrahitur, quod *linguis*, addicendis impen-  
ditur. Coniungendum igitur mihi videtur, vel in Gymnasio, disciplinarum lingua-  
rumque studium, ita tamen, ut harum potius, quam illarum, habeatur ratio, utque *his*  
assident iuuenes, ex illis hauriant præterentes. Ad ipsam denique in tradendis disci-  
plinis, linguisque exercendis methodum, sive docendi rationem, quod attinet, permulta  
haberem, que mihi monenda viderentur, nisi nimis in scribendo angustiis includerer,  
quibus impeditus, subsistere in prefentia cogor in describenda *disciplinarum* institutione,  
eaque scholastica, linguarum exercitatione, lectionesque Gymnasi nostri priuatas, eius-  
que in moribus iuuenum fingendis sollertia, in aliud tempus mihi reseruatur.

De solis igitur *disciplinis*, earumque in Gymnasio recipienda *methodo*, iam di-  
florus, hoc omnium, que mihi premunenda videntur, *primum iudico*: *eligenda sunt*  
*compendia*, eaque *proposito scholastico accommodatisima*. Licet enim non veram doctri-  
na scientiam, angustis limitibus circumscriptam, comprehendant, siue modo sufficiant,  
qui secordia dedit, de augenda eruditio non adeo multum laborant, tironibus tamen,  
qua præcipua complectuntur, quibus in uniuersa doctrina intendendus sit animus, et quia  
memoria adiuuanda profut, (ut nihil de temporis, quod aliquin, nimum scribendo,  
frustra teritur, iactura dicam) multum utilitatis conciliant. Cauta tamen sunt eligenda,  
ut ea semper præferantur, que consilio scholastico respondent, h. e. que *actati præsen-*  
*ti*, atque *viribus iuuenibus* reperiuntur conuenientissima. Interrogatus vero, quomodo  
haec compendia, que dicantur, sint explicanda? responderim: *perficie, breuiet, et*  
*suauiter*. Iuuenilis enim ingenii uires non capiunt quamcumque subtilitatem, atque *ac-*  
*curata & diligenter* instituto sine *perficiendo*, haec vero non sine illa cogitari potest.  
Breuitas porro discipulos, omnibus ambagibus atque anfractibus vitatis, proxime ad me-  
tam ducit, illamque Horatius de arte poetica versu 337. unicuique schola magistro com-  
mandat, dicens: *quidquid præcipies, breuis esto*, hoc modo caueat, ne nimis citato  
curlu obsecratis mater fiat. Suauitas vero, ad augendam discenti cupiditatem, adspicit  
exempla, accommodaciones ad res in vita communis obuias, ab honestate quidem non re-  
motas, animum tamen exhilarantes, iocos, magistris dignitatibus nil detrahentes, sales in  
perstringendis moribus, nequaquam vero rugas, et lufas pueriles, non tam ristu, quam  
exchirino excipiendos. Ieiuna institutio, et macie quadam atque tibe laborans, plus  
obeft, quam prodest.

Quibus præmunitis, ipsam nunc *disciplinarum*, in noua Gymnasi nostri *Confi-*  
*tutione* admirarum, methodum accuratus describam. In tradendis *Religionis sanctissimas*  
præceptis Reichardi *Initia doctrinae christianaæ* fundamenti loco ponuntur, que, nisi ad  
nimiam *definitionem* et *paraphrasis* longitudinem respexeris, (cui tamen facile mede-  
ri potes) reliquis omnibus compendiis longe multumque preferenda videntur. Ipsas  
enim Religionis doctrinas Auctor horum initiorum *Præclarissimus* ita exponit, ut neque

FKY 5309

pristinorum temporum, neque recentioris aetatis, auctoritati nimium det, omnia confirmat dictis librorum diuinorum plerunque convenientissimis, & ipsa eius latine scribendi ratio tantopere differt a Scholasticorum barbarie soribus atque dumetis, ut fere ubique locorum elegans atque urbana sit. In explicando hoc compendio id maxime spectatur, ut Auctoris cogitatione perspicue explicitentur, vis atque robur locorum facrorum quam studioſissime grauiſſimae urgeantur, & omnia, propterea quod sola mentis cognitio non sufficit ad uitam honestatem atque sanctitatem, tanta dicendi copia tantaque grauitate ad animos flectendos percutiendosque transferantur, ut sculeos in illis relinquant. Omnes subtilitates, que contentionum theologiarum femina spargunt, queque, omni alia utilitate deſtitute, foliam sciendi cupiditatem explent, maxima cautione pretermittuntur, et mature commendatur myſteriorum, que dicuntur, reverentia, propterea quod Deo fides est habenda, quamvis eius doctrina nonnunquam rationem excedat atque supererit humana. Quoniam vero historica Religionis cognitio permultum quoque uniuscuiusque christiani interest, hinc simul interpres aureum Grotii libellum, de Veritate Religionis christiane, et quidem in illam formam redactum, in qua aliquando in lucem publicam illum emittere conſtui. Permulti enim iuuenum reperiuntur, qui Religionis doctrinas optimè teneant, sed, historicam eius fidem parum edocēti, dubitant de opinib⁹ educationis preconcep̨tis. Cum Religionis agitione coniungimus studium Philosophiae, & quanta letitia recreor, dum Baumeſteri mei publice memor esse possum! Venerabilis huius ſenſis tanta fuit de rebus scholasticis merita, ut glorian non intermoritur iam dudum ſibi preperisse iudices, utque dignus fit, qui extre⁹ plaidia ſenectutis terminum conqueſtatur. Huic exercitatis ſimi peritissimae ſchole magistri Elementa philoſophiae recentioris, & uiribus, & utilitati iuentutis, tam ratione rerum, quam ſcribendi generis, accuratissime inſeruientia, induſtrie atque ſollicitate colloſtrantur, & præcipue non ſolam loci, ex auctoribus claffiis periti, ad iuuenum uum conferuntur, fed etiam proſitiones, quas vocavit, quasque, abſoluta quacunque doctrina, addere ſolet, magna grauitate atque ubertate animo memorie que iuuenum imprimuntur. In enarrandis Historiae inuimenti ſequimur Celeberrimum Schroechium, tam propter pragmaticam, & iuſtricam, que a Criticis vocatur, rerum gestarum interpretationem, quam ſimpliem narrationem uenifatam, in qua facile princeps eft, fed ita ſequimur illum, ut illuſtrandi rebus lucem inferamus, virtus exemplorum ſplendorē admiremur, viti deformitatem turpidi- nemque horreamus, et notata dignitatem, ut memoria, eiusque tenacitatem augendae non minus, quam ſubinde breuitati ſcholasticæ, confulatur, poſtremo in tabellas referamus, & quia fidelissima Historiae comes atque ſoci nominari meretur Geographia, fedulo illi etiam operam damus, cum Heraldica publicisque Commentariis ſemper copulare. Arti denique oratione ita tempus ſtudiumque impendimus, ut, duce Erneſti, precepta atque regulas huius disciplinae (initio a parte eius poſteriori facta) iuuenibus noſtris cognitas reddamus, exempliſque colluſtremus, & quia Socrates apud Xenophontem dixit, in omni re minimum eſſe in ſtudio audiendi, maximum & ſummum in cura & aſſiduitate exercendi, hinc exercitationis quoque occafionem præbemus, argumentis propositis, de quibus ut perspicue, copioſe, et ornata differant, iuuenes noſtri elaborent. His laboribus noſtris, in tradendis diſciplinis ſcholasticis, ut Deus ſucceluum largiat felicissimum, hoc unum eſt, quod optemus, ne exquite, pre infuca hodierna aetatis, eruditioſis praefiantis propulſetur atque pereat.

Iam fatis. Indicenda eſt Oratio, memoria Godofredi Hofmanni, Reſtoris de Gymnaſio Zittauiensi quondam meritiſſimi, facra, cui habenda ut Senatus Magnificus, Miniftri Sacrorum Summe Venerabiles, Collegas Clarissimi, atque omnes Fautores Aeffu- matissimi, tempore & loco confusa intercalle velint, proſſicioſe & humaniter oro rogoque. Tertia erit, eaque poſta, que de differentia veteris educationis ac nouae adhuc reſtat,

P. P. Zittauiae, Dom. XVIII. poſt Trinit. A. I. S. MDCCCLXXXIII.

21

Pon Ye 5309, FK

ULB Halle  
004 703 26X



f

VDAF



Ye  
5309

F.Y. 31.25  
AD  
ORATIONEM SOLEMNEM

IN  
MEMORIAM  
VIRI

SSIMI ATQUE DOCTISSIMI  
ALDOFREDI  
F M A N N I  
RECTORIS

IN ASIO ZITTAUIENSIS

MONDAM MERITISSIMI

URO DIE MARTIS

PLICE A SE HABENDAM

HUMANISSIME INUITAT

US HENRICUS SINTENIS

Zittauensis Director Ienensis Societatis

Latinae Sodalis.

EPIS GOTTLIB BENI. FRANKII.

